



**R. P. Honorati Fabri, Societatis Jesu Theologi,
Apologeticus Doctrinæ Moralis Eiusdem Societatis**

Fabri, Honoré

Coloniæ Agrippinæ, MDCLXXII

Quæstio 2. An acceptum pro injusta sententia, homicidio, vel adulterio,
tenearis naturali, aut positivo jure restituere?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94565](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94565)

posset salarium extraneo debitum exigere, aut occultè accipere; quia in tali casu non praesumitur liberalis donatio, ut constat ex dictis.

11. Rogabis secundò, quid dicendum, si scires, filium occultè sibi compensationem fecisse, & Episcopus suo monitorio sub excommunicationis pena praeciperet, bona occultè accepta, etiam titulo compensationis, manifestare? Respondeo cum Doctore D. Francisco Verde in opusculo pro Caramuele, quaest. 8. coroll. 15. fol. 94. * Si monitoria sint ad finem, ut restituatur ablatum, & ego sciam, iustam esse retentionem acceptoris, puta compensationis, vel alio iusto titulo, non teneor revelare, quia cessat finis monitorii. Ita Glossa, Suarez, Menochius, Lazarus. Quod cum aliis Doctoribus (tract. de monitoriis, sect. 1. q. 9. num. 2.) asserit, verum esse, etiam si monitoria praecipiant, revelari detinentes titulo compensationis, nam intelliguntur de compensatione iusta. Ripa, Angelus, Comitulus. * Hæc Doctor Verde. Et antè illum cum pluribus suis instituti M. Corradus 2. p. q. 453. Ubi sic: * Sed si Episcopus, in litteris suis excommunicatoriis, jubeat, revelari eos, qui talem rem, etiam pro recuperatione suarum rerum acceperint; Sylvester ait, quod idem ferendum est iudicium in hoc casu: scilicet, quod talis recompen-sator, atque ejus recompen-sationis conscii non revelantes, ad nil tenentur, neque excommunicatione ligantur, &c. Hæc idem præfatus Doctor Lopez noster; atque etiam Sotus in 4. sent. dist. 22. q. 1. art. 1. hunc casum ponit, & ita resolvit, ut supra. * Hæc Corradus, qui sunt valde notanda, quia passim obvia, & valde probabilia.

12. Rogabis tertio, an cui ex sola gratitudine aliquid debetur, possit illud per modum compensationis ab ingrato clam usurpare? Diana p. 7. tr. 10. res. 19. pro parte affirmativa adducit Petrum de Navarra lib. 3. de rescriptis cap. 1. n. 375. & 393. & addit, eam non improbare Machado tom. 1. lib. 2. p. 3. tr. 23. docum. 5. n. 5. Cæterum Petrus de Navarra solum concedit compensationem ei, cui ex charitate, seu ex iustitia, seu ex alia virtute sub peccato lethali res debetur; nec Machado pro alia opinione refert Navarram, ut constat ex verbis, quæ ex illo exscripsit Diana loco supra citato. Videatur, quæso, allegatus Petrus de Navarra in edit. Lugdun. anno 1593. lib. 3. citato, cap. 1. n. 374. & 392. & constabit aperte, solum intendere, non ex sola iustitia debitum compensare licere, sed ex charitate etiam, vel Religione, vel fidelitate ad Deum, ad quorum solutionem potest proximus à iudice cogi, vel ad penas dandas, si non impleat. Ad illud autem, quod ex gratitudine tantum debetur; coactioni non est locus, ut ex terminis patet. Unde omni probabilitate destituta est opinio præfatis Doctoribus impacta, quia nec à principiis intrinsecis, cum rationi non innitatur, nec ab extrinsecis, cum nullus author docuerit, sed Diana deceptus referat.

(†:)

QVÆSTIO II.

An acceptum pro injusta sententia, homicidio, vel adulterio, teneatur naturali, aut positivo iure restituere?

1. **N**egar Lessius lib. 2. de iust. cap. 14. de i. a. p. ad quod probandum, supponit etiam contra-ni Doctorum, ante patrum maleficium peccatum esse mortale, tam accipere, quam dare, promittere in hunc finem consequendum. Quod terminis patet; nam qui dat, vel promittit, reducit ad peccatum, & qui recipit, vel accipit, promissionem, spondet maleficium, ac promittit, ac ejus executionem, contractus rescindi debet, & pretium acceptum domino restitui. Difficilius igitur solum est, an maleficium contra iustitiam peccato, teneatur pretium acceptum restituere?

§ I.

Quid de iure naturali, & divino?

2. **Q**uod iure naturali, & divino nemo tenetur. Est communis Thomistarum sententia, & statuit doctissimus M. Petrus de Ledesma in sum. 2. tract. 8. de iustit. commut. cap. 11. tenet. 6. Ubi ait: * Estando in solo derecho natural, y divino, lo que se gana con obras malas, y que son peccados, no ay obligacion de restituirlas, antes es de aquel que recibe la ganancia. El exemplo es, en lo que se da un por matar à otro, ò por herirle, ò por que de una violencia injusta, ò por que vote mal, y contra iusticia. Esta conclusion enseñan todos los discipulos de Tomas en el lugar citado. Particularmente Coronado, Soto, Bannez, Orellana, Medina, Peña, &c. la razon es, porque aunque estas obras sean peccados, no ninguno està obligado à hazerlas de valde, y à estimables, y dignas de precio. Luego estando en el derecho natural, bien se puede quedar con el precio de esta conclusion es certissima, aunque es contra algunos Doctores. * Sicille. Sed non bene pro fecit: Cuius tanquam quoad acceptum pro sententia injusta, infra videbimus.

3. Cùm Ledesma sentit M. Corradus 1. p. q. 454. quaest. 87. ubi ex Salonio sic ait: * Acceptum peccati pro opere peccati, & ut merces pravi operis, quicquid generis sit peccatum illud, sive contra iustitiam, ut si iudex accipiat, ut inique iudicet; sive contra alium occidat, sive contra castitatem, ut concubine accipiens, ut fornicetur; stando in iure naturale non est restituenda, & accipiens illam ab eo, qui pravit, & voluit dare, retinere potest. * &c. Et infra Additionibus loquens de turpi lucro, inquit: * In primò dicimus, turpe lucrum promissum obligat solvendum, &c. Nam bene dicitur, quod fuerit missio turpis, & tamen post causam subsequens sit debita, & licita ejus impletio, scilicet daturus est acceptio promissi. Et licet promissio sit turpis, deum inducat obligationem adimplendi, tamen non inducat obligationem servandam fidelitatem. Hæc sequuntur, obligat ad servandam fidelitatem. Hæc sententia Cordubæ, Medina, & Soti, et D. Thomæ in conscientia observanda, non tantum circa matricem, sed etiam maritatum puellam, & matrem. Cujus rationem ex D. Thomæ, Silone, & M. Soti reddit infra quaest. 100. dicens: * Ratio est hæc: quia

Illud pretium non accipitur ex ea parte, qua est peccatum, sed qua est actus naturalis, & licet culpam annexam habeat, non ratione culpæ, ut dictum est, sed ratione laboris, & periculi, & voluptatis naturalis, ut merces, & pretium: & eadem esset ratio (inquit) si vir à muliere pretium exigeret. Quin verò æquius esset, quia plus ille, quam illa, præbet laboris, & periculi. Unde Alexander, ut tunc moris erat, pretium petiit à quadam muliere, ut secum rem haberet. * Sic M. Corrado. & ante illum M. Soto lib. 4. de iust. quæst. 7. art. 1. ad 2. dicens: Quapropter mulier, quæ sui corporis copiam facit, mercedem recipere potest pro voluptate, quam vir capiat, sicut posset, ut prolem illi gigneret. Imò utraque ratione posset etiam masculus à femina pretium recipere, quin verò æquius, quia plus præbet. Sicut Alexander jure naturæ potuit à duce illa Amazona, quæ illum gratia recipiendæ prolis invisit; quod & prece, & pretio, ut fertur impetravit, &c. At verò, quia feminis major inest pudor, ob id quæ rationes sunt, quæ illi turpitudini vacent, quam viri, pretium ipsæ iustius recipiunt. * Sic M. Sotus. Sed his omisissis.

4. Ad rem nostram, pro Thomistarum, quos adduximus, sententia, stare videtur D. Thomas in 4. dist. 15. quæst. 2. art. 4. ad 2. quæstionem. Ubi ait: * Si lex prohibuit actum, ex quo quis lucratur, sed non lucrum supposito actu, tunc quamvis adquirendo tali actu contra legem fecerit, tamen tenendo non facit contra legem, sicut cum quis de lenocinio, vel meretricio lucratur, & ideo hæc retineri possunt. * Sic Angelicus Præceptor. Quem exponens M. Serra 2.2. tom. 2. q. 62. sic ait: * Exemplum ponit D. Thomas de lenocinio, & meretricibus, (attende) & idem est de sicariis: licet enim pro nefario opere pretium accipiant, quia tamen acceptio talis pretii non est contra legem aliquam illam prohibentem, retineri potest tale pretium. * Similiter Cajetanus 2.2. quæst. 62. art. 5. ad 2. licet D. Thomas, neque hic, neque quæst. 32. art. 7. neque in 4. sent. neque alibi, (ubi quæstionem tractat) de adulteris loquutus fuerit, idem ac de meretricibus ex ejus mente dicendum putat: Quando dare non prohibetur, sed causa propter quam datur, ut quando prohibetur fornicatio, adulterium, & hujusmodi, non prohibetur dare propter ista, unde homo propter accepta ejusmodi servitia, quamvis nefanda, tenetur dare, quod promittit. * Sic Cajetanus, & sic etiam M. Sotus, & M. Ludovicus Lopez 1. p. Instru. cap. 105. §. 1. igitur circa quæst. dicens: * Hæc est Cordubæ, Medinæ, Soti q. 4. quarto libro. ubi ait, quod meretricibus, imò & maritatis, in foro conscientie, post habitam cum eis copulam, tenetur solvere, quod eis promittit, &c. Hæc est D. Thomas, ejus rationem affert. * Et iterum 2. p. cap. 106. quæstio 7. Nec parum ad has expositiones confert, quod ipse Angelicus Præceptor numquam excludit à lucro licito, quod accipitur pro delictis contra iustitiam patris, * sed quæ ut rapina, usura, & simonia. * Sic in 4. dist. 15. citata, q. 2. art. 4. ad 3. quæst. ibi: * Quando lucrum ipsum (inquit) est lege prohibitum, ut rapina, usura, & simonia, non solum dicitur turpelucrum, sed iniquum. * Nimium, quia in illis, aut deficit voluntas donandi, & ideo non transferuntur dominium, ut in rapina, & usura contingit: aut quia res invendibilis est, & ideo jure naturali contractus nullus, ut in simonia: aut saltem quia lege Ecclesiastica redditur inhabilis ad adquirendum dominium pretii simoniacè accepti, ut alii docent. Quod secus accidit in aliis delictis contra iustitiam in petentis utilitatem patris.

Pars II.

5. Pro eadem sententia stat etiam Sotus lib. 4. de iust. q. 7. §. Secundus ergo modus. Ubi prædictas actiones contra iustitiam dicit esse pretio æstimabiles, (licet aliàs jure positivo prohibitas putet.) * Non quidem, inquit, quia actio, pro qua munus offertur, non sit natura sua pretio æstimabilis, ut si litigator, aut iudex, aut testis corrupendo, munera offerret, aut assassino, ut hominem interficeret. * Idem sentit Trullench in Bullam, lib. 3. casu 5. fol. 509. Ubi pro hac sententia refert D. Thomam, Lessium, & Ludovicum à Cruce. Quam plures sequuntur Villalobos tom. 2. tr. 11. diff. 16. concl. 7. n. 13. * Lo que se dà al juez para que de sententia injusta à uno; para que mate à otro, &c. Estando en derecho natural no ay obligacion de restituirlo, sino solo el danno que se haze ala otra parte. Esta conclusion es de casi todos los Doctores citados. * Sic ille, & alii, quos sequitur Verricelli 1. tr. 3. q. 1. n. 16. ibi: Inferitur quartò, iudicem, qui iniquam tulit sententiam ob pretium sibi datum, vel promissum, quamvis peccaverit iniquè judicando, non tamen peccare, nec teneri in conscientia ad restitutionem accipiendo pretium pro iniqua sententia. Ita Navarrus, Angles, Petrus Navarra, Valentia, Rebellus, Tolerus, Lessius, Molina, Layman, Diana contra Cajetanum. * Sic ille, & pluribus citatis consentit Henriquez de Pontific. Rom. clave lib. 4. cap. 25. n. 3. in fine.

6. Quapropter Eminenti. Card. de Lugo tom. 1. de iust. disp. 18. sect. 3. n. 54. jure hæc scripsit: * Communis Theologorum sententia est, attento jure naturæ, & nisi leges reddant inhabilem ad dandum, vel accipiendum, non debere restitui, factò jam opere criminoso, quod pro eo patrandò, acceptum est. Ita Navarrus, Sylvestre, Antoninus, Petrus de Navarra, quos refert, & sequitur Turrianus, Vazquez, Lessius, Molina, & alii communiter. Probat ex his, quæ de turpi lucro meretricibus dicta sunt; eadem enim est ratio de aliis peccatis, cum in his etiam accipiat pro realiqua emptori grata, & utili, ad quam venditor non tenebatur. * Hæc Lugo. Et hæc de jure naturali: Quibus probabilior sententia latius superque stabilita manet.

§. II.

Quid de positivo?

7. Restat adhuc difficultas, an jure positivo teneatur quis restituere acceptum pro injusta sententia, vel homicidio, aliisve delictis contra iustitiam? Partem negativam defendunt S. Antoninus, Sylvestre, & alii, quos citatos sequitur doctissimus Navarrus in Manuali cap. 17. num. 33. retractans, quod antea scripserat: * Siempre, inquit, no parecio mejor esto hasta aqui, (nempe pars affirmans) aora empero nos parece mejor lo contrario, que tienen S. Antonino, Monaldo, Angelo, y Sylvestro. Lo primero, porque no ayley, ni canon que mande esto generalmente. Lo segundo, porque las leyes, y Canones desta materia dizen, que lo que por delito se promete pedir, y no dizen que lo tomado se hade dar a otro, &c. Lo quinto, porque es teorica de Vercellio recibida por S. Antonino, Angelo, Sylvestro, y otros, que la restitution de lo que se hade dar a pobres, y no a la parte interessada, no se debe de precepto, sino de consejo, quando nunca se debio a persona, ni Colegio alguno, &c. Ni por ley preceptiva, ni sententia especial

Vu 3

la les

se les aplico. Y segun la comun, la restitucion en este caso se hade haxer à pobres, yno à la parte, a lo qual es configuiente, que no se debe restituír de precepto. Finalmente haze, que no ay ley divina, ni humana que esto mande. Y assi concluimos, que el que toma algo por causa que es mortalmente mala, peca mortalmente (nimirum ante maleficium commissum) y de precepto está obligado a restituír el damno, que por aquel mal hizo à otro, y tambien lo que tomó de quien la ley especialmente lo manda restituír, como en la simonia. * Hactenus Narvartus.

8. Ejusdem sententia sunt communiter Thomista, quos sequitur M. Petrus de Ledesma in Sum. p. 2. rr. 8. de just. cap. 11. conclus. 8. Ubi contra Sorum, Manuel, Rodriguez, & Cordubam sic ait: * A esta dificultad se responde, ser mas probable, que en el tal caso no ay obligacion de restituír el precio antes de la sententia del juez. Esta sententia tienen comunmente los discipulos de S. Thomas, y muy particularmente Orellana. La razon es, porque estando en derecho natural, las tales obras son dignas de precio, como es cosa notoria, y el derecho positivo en los lugares citados no haze inhabil, ni incapaz para recibir el tal precio, como consta de las dichas leyes, y derechos (pro parte contraria allegatis) luego estando en conciencia, antes de la sententia del juez, no ay obligacion de restituír el tal precio. *

9. Ledesmam sequitur M. Serra 2. 2. tom. 2. q. 62. art. 5. multis probans, acceptum pro delictis contra justitiam retineri posse, & non debere restituí ante sententiam judicis spoliantis in poenam delicti. * Pater, inquit, nam ita docent communiter Recentiores, illam etiam docuisse M. Orellana, refert M. Ledesma. Probat deinde ex l. 3. ff. de cond. ob turpem causam. Ubi dicitur: Vbi dantis, & accipientis turpitudine versatur, non posse repeti dicimus, veluti si pecunia datur, ut male judicetur, &c. Ex his autem colligi, transferri dominium, etiam quando delictum est contra justitiam, & injuriosum, pretiumque pro illo datum fieri accipientis ostendo. * Et infra ad secundum: * In sententia, inquit, injusta duo considerari possunt, & quod sit injusta, & quod sit actus utilis ei, in ejus favorem fertur, & laboriosa, & periculosa judici. Concedimus, quod ratione primi non est venalis sententia injusta, &c. si tamen aliquid acciperet pro actione iniqua sententia, quatenus ipsi est periculosa, & alteri utilis, non teneretur restituere, quia ut sic est pretio aestimabilis. * Hactenus M. Serra supra, ubi Cajetanum dicentem * subversionem justitiae esse invendibilem, explicat, dicens: * Quod intelligendum est de justitia ut sic, seu quatenus est formaliter peccatum. * Et bene quidem, quia nulla prorsus esse potest ratio, cur sit vendibile homicidium, vel adulterium, aliudve delictum contra justitiam; non verò subversio justitiae, ut ex terminis notum est. Omnia ergo hæc * materialiter sumpta, (inquit Serra) quatenus sunt quædam actiones humane liberè factæ, delectabiles, aut utiles uni, alteri verò laboriosæ, & periculosæ, pretio aestimari possunt. Ergo pretium pro illis opere consummato accipi potest, & acceptum retineri, nec teneretur restituere, qui illud accipit. *

10. Pro eadem sententia stat M. Bannez, quem citatur sequitur Villalobos tom. 2. Sum. tract. 11. diff. 16. bi: * Loque tengo por mas probable, y verdadero es, que antes de la sententia del juez, el que lo recibid no está obligado à restituír à nadie, sino

quelo puede retener con buena conciencia. Raro dize, que es lo mas probable, y verisimil, y lo tenen Navarro, Lessio, y otros. El fundamento es, porque de ley natural no ay obligacion de restituír estas cosas antes de la sententia, ni tampoco ay de derecho positivo, porquelas leyes que quitan citadas, &c. no quitan la obligacion natural, obligan a que se restituaya lo recibido antes de la sententia del juez. Porque el que lo dió pudo retener el dominio. * Sic Villalobos.

11. Idem sentit M. Ludovicus Lopez 2. 2. in tract. cap. 106. §. circa prædictam doctrinam. Ubi sic: * Una doctrina D. Thomæ (circa simoniace acceptum) deducitur fundari in lege Ecclesiastica, que fit punit de agentes contra legem divinam, ut uterque acceptum, & dato simoniace sit privatus, & ut pretium simoniaci in pauperum elemosinas erogetur. Neque homicida, aut judex ferens iniquam sententiam, prout primus aliquid accipit pro obligatione accedendi, & secundus pro iniqua pronuntiatione sententia, pro his accepti pretii dominio privantur, quia homicida potuit vendere actionem suam, liborem, & periculum ad occidendum, quamvis injusta fuerit promissio occidendi, & ille judex iniquam ferendo iniquam sententiam nullam injuriam facit danti pro ea pretium, &c. Unde contra Cajetanum facere injustum, non videtur invendibile. * Hæc Lopez, qui ut patet, hanc sententiam in hoc loco amplectitur, licet p. 1. in tract. cap. etiam 106. dicitur accep. ref. probabilem tantum dixerit, (exhibens Hispaniæ judices) & contrariam, ut probabilior tenuerit.

12. Ecnovissimè multis illustrat defendit illi strif. P. M. Araujo Episcopus Segoviensis in dec. moral. diff. 7. part. 2. nu. 4. Ubi citatis D. Antonio, Mendo, Angelo, Sylvestro, Navarro, Bannez & Vazquez sic ait: * Asserimus cum his authoribus, recipere mercedem ob maleficium, neque jure naturalis neque jure aliquo humano teneri ante sententiam sententiam ad restitutionem, si promissum maleficium implevit. * Cujus exemplum adhibet num. 2. v. g. Quod accipit judex ob ferendam sententiam iniquam, & quod accipit testis ob ferendum falsum testimonium, & quod accipit tabellio ob falsum scripturam. * Sicibi, & iterum num. 12. Ubi rationem reddit, * quia hujusmodi contractus, aut non habet solutus, sed conditionatus, scilicet accipere decem, si feras sententiam iniquam, aut facias talem falsum, aut injuriam alicui, quam si feceris, transito in te dominium horum decem. Unde sequitur, quod licet uterque peccet contra justitiam, recipiens vero non teneatur restituere, postquam adimplevit promissum, sed antea. *

13. Ejusdem sententia sunt plures alii Doctores quos sequitur Trullenchin Dealog. lib. 7. §. 1. in 9. dub. 6. num. 2. & in Bullam Cruciatæ, lib. 3. cap. 1. quod leges à Doctoribus contrarie partis adductæ, nec faciunt inhabilem accipientem ad comparandum dominium, nec reddunt irritam receptionem. * Quare (inquit) non teneretur restituere acceptum ob homicidium, sententiam iniquam, falsum testimonium, & Angelus Maria Verricelli tom. 1. quest. moral. tract. 3. quest. 1. num. 10. ubi: * Inferitur quarto, judicem, qui iniquam sententiam ob pretium sibi datum, vel promissum, quamvis peccaverit, iniquè judicando, non tamen peccate, neque teneri in conscientia ad restitutionem, accipiendo pretium pro iniqua sententia.

ita Navarrus, Angelus, Navarra, Valentia, Rebello, Toletus, Molina, Layman contra Cajetanum, & Covarrum. *Idem tenet Diana alios citans p. 8. tract. 6. ref. 110. & Leander à Marcia in *disquis. moral. lib. 2. disp. 2. ref. 31.* dicens, esse communem. Quibus adde Leandrum à Sacram tom. 6. in *decalog. tract. 5. disp. 4. q. 11.* ubi ait: *Sic docent D. Thom. Lessius, Ægidius, Palao, Trullench, & omnes. *Quibus meum calculum adungere tam ratione, quam auctoritate cogor.

S. III.

No-vum ejusdem sententiæ subsidium.

14. Pro majore hujus sententiæ auctoritate, & probabilitate, quam veram reputo, cum Lessio (à nescio quo Theologiae moralis inope id eo suffragato) superaddere non omitam verba doctissimi, ac Reverend. P. M. Joannis Martinez de Prado tom. 2. *Theolog. moral. cap. 17. q. 5. num. 36.* *Ultima, inquit, opinio docet, quod etiam leges prohibeant acceptionem, dum tamen non declarant, esse irritam acceptionem, non est opus restituere accepta pro opere peccaminoso. Et addunt, quod jure communis non extant leges irritantes acceptionem, & id eo ante iudicis sententiam non debent restitui. Ita Sylvest. Joannes de Friburgo, Orellana, Petrus de Ledesma, Bannez, Serra, Joannes de la Cruz, & probabiliter posse prædicari, docuit Ludovicus Lopez, &c. Ultra Thomistas est jam inter alios satis recepta sententia, tenent enim Angelus, & Monaldus, Navarrus, Petrus de Navarra, Villalobos, Covarruv. Azor, Lessius, Vazquez, Molina, Bart. à Sancto Fausto, Bonacina, Trullench, & alii frequenter, &c. *Hæc ille. Qui tamen, licet à num. 42. multis suadere conetur contrariam sententiam esse D. Augustini, & D. Thomæ, dicens: *Videtur ferè expressa D. Augustini, &c. (& iterum) Quod hæc sit mens Augustini declarant verba, quæ subiungit, &c. Sanctum Augustinum, ut de more habet, sequitur S. Thomas 2. 2. quæst. 62. artic. 5. ad 2. illis verbis: *Et quia etiam ille, qui accipit, contra legem accipit, non debet sibi retinere.* *Nihilominus ipse concludit pro opinione contraria, & communi Thomistarum, quam retulerat, dicens: *Ultima sententia est valde probabilis in praxi, nec constat clarè, esse contrariam Sancto Augustino, aut Sancto Thomæ. *Exponit quæ cum Mag. Soto, D. Thomam intelligendum, quando lex civilis exprimeret non transferendum dominium, aut quod restitueretur, si petatur. *Fundamentum prioris partis (inquit) est: quia hæc crimina etiam contra iustitiam sunt pretio æstimabilia, quia non sunt quid spirituale, aut supernaturale, sed actiones liberae in utilitatem ejus, qui dat pretium, & in periculum ejus, qui profert iniquam sententiam: ergo pactum inter ipsos est validum: leges verò, quæ reprobant conventiones prædictas, non faciunt inhabilem recipientem pretium, neque impediunt dominii translationem, quando res ipsa pecunia æstimabilis est. *Hactenus M. Prado.

15. Verum hic auctor ad auctoritatem D. Augustini, quam contra suam & communem opinionem adducit, nil responder. Posset tamen, mutuatis verbis sapientissimi Patris Gabrielis Vazquez in operibus D. Augustini evolvendis, & exponendis diligentissimus: qui *opus. de restit. cap. 7. dub. 4. n. 28.* sic ei satisfaci: *Sed oportet respondere ad illud Augustini

in *Epist. 54. ad Macedonium*, quod pro se citat Adrianus: & sanè legi Augustinum, nescioque, an aliquam dignè patiatur glossam, nisi quod ibi de consilio sanctus loquatur: aut si loquitur de præcepto, forsan loquebatur secundum leges positivas, si quæ erant de hac re suo tempore; sed intra limites juris naturalis ratio Navarti hanc suam opinionem probabilem fecit. *Sic Vazquez, & ex illo Eminent. Cardin. de Lugo tom. 1. de *iust. disp. 18. sect. 3. nu. 55.* & Illust. P. Mag. Arauxo *suprà num. 19.* ubi facit: *Augustinus aut loquitur non secundum jus naturale solum, sed secundum leges positivas humanas, quæ fortè eo tempore tales conventiones turpes irritas faciebant. Aut loquitur de obligatione restituendi, in foro judiciali.*

16. Hæc inquam auctoritati D. Augustini respondere posset M. Prado sequutus doctissimum Patrem Vazquez. Sed hunc obiter legisse, ex duplici capite, mihi suadeo. Primò, quia *num. 48.* illi imponit, asseruisse, *suam opinionem esse contra D. Augustinum, & gloriari, se ab isto recedere: *quod prorsus falsum est, ut vidimus. Secundò, quia auctoritas D. Augustini adducitur ab Adriano, & ab aliis (ut videre licet apud Lugo) ad probandum, jure naturæ debere restitui acceptum pro injusta sententia. Quod inde suadent, quia Augustinus paritate justæ sententiæ usus fuit, dicens: *Cum autem judicia, & testimonia (quæ nec iusta, nec vera vendenda sunt) iniusta, & falsa venduntur, multo sceleratius pecunia sumitur, quia sceleratè etiam, quam vis à volentibus, datur. *Quibus non obstantibus, quod solo jure naturæ attento, pecunia accepta restitui non debeat, dicit ipse M. Prado videri certum *quæst. 5. citata num. 28.* *Secundò (inquit) videtur certum, quod solo attento jure naturæ, nulla ex hujusmodi conventionione oritur obligatio restituendi. *Quod quidem verissimum est, post crimen patratum: secus antea, de quo solum casu loquitur Augustinus *ubi suprà*, ut docent communiter Thomistæ, & ejus verba præferunt. Tum quia pro iniqua sententia jam lata, jure naturæ, nec datur, nec sumitur sceleratè pecunia, sicut nec pro adulterio, nec pro homicidio commissis. Tum quia restitutionem, quam ibi indicit Augustinus injusto advocato, cujus iniqua operâ, injusta sententia lata fuit, non de præcepto, sed de consilio procedere, indicant ejus verba, quæ sequuntur. *Verum tamen (inquit) si iustitia sincerius consulatur, iustius dicitur advocato, redde, quod accepisti, quando contra veritatem stetisti, iniquitati adfuiti, &c. *Ubi cum hoc *iustum* dicat, iustum supponit esse contrarium, etsi ut perfectius advocato id consulat, sicut & iudici consulendum. Nec obstat, quod Augustinus dicat, quod debet hoc facere: nam verbum debet, solum importare consilium, tradunt doctissimi Dominicani, ut alibi notabimus.

17. Non me latet, M. Sotum *lib. 4. de iust. quæst. 7. artic. 1. §. Secundus ergo modus*, traditam hucusque doctrinam de pretio accepto pro aliis delictis defendentem, excipere illa. *Quæ habent annexam injuriam contra iustitiam. Non quod actiones illæ (inquit) puta hominem occidere, aut sententiam in tuum favorem proferte, non sint natura sua pretio æstimabiles, sed quia actiones injuriosæ sunt, &c. Lex fecit eum inhabilem ad recipiendum, in odium delicti, quod est contra iustitiam, & id eo nullum acquisivit dominium. Quando verò delictum non est injuriosum, optimè transfertur dominium. *Sic ille. Verum in hac parte non sibi constat, quia ibidem §. *Major autem*, ipse defendit, acceptum ab adultera

non esse constituendum, cum tamen adulterium sit delictum iniuriosum, & contra iustitiam. En ejus verba: *Sed sunt puellae, aut maritatae, quae semel, aut bis collabuntur, de his etiam est major apparentia, quod non possint precium recipere, sed teneantur ad restitutionem, &c. Nihilominus & illis quoque liceret, pretium recipere, tenebiturque in foro conscientiae, qui illis promissit, solvere. Et ratio est eadem S. Thomae: nam licet flagitia sint lege vetita, datio tamen non est prohibita, & ideo juri naturali standum est. Quo utique jure, concessio illa corporum aestimabilis est pecunia. Uxores autem in poenam sui criminis prohibentur adqui sito pretio: sed tamen ante condemnationem jure naturae illis debetur. *Hactenus Sotus. Ex quibus deducitur, inconsequenter loquutum ubi supra, dum dixit: delicta contra iustitiam jure positivo reddere inhabilem ad adquirendum dominium, alias uxores, ante condemnationem teneantur acceptum restituere: nec eis, semel posita lege (quam supponit M. Sotus) inhabilitante ad domini acquisitionem, jure naturae pretium promissum debetur.

18. Praeterea absque fundamento id asseruit: tum quia Doctores communiter contrarium tenent, ut vidimus: tum quia ipsemet Sotus, in his legibus exponendis, non majorem fidem sibi arrogat, quam in aliis, quas adducit in 4. diff. 41. quest. unica, art. 4. circa hereditatem relictam, seu donationem factam a patre filiis spuris: quas quidem leges reliqui omnes Doctores semper intellexerunt, & receperunt absque ulla limitatione, ut inhabilitantes, & impediētes translationem domini. Ipse tamen Sotus aliter explicat, dicens: non reddere inhabiles filios saecularium, sed Clericorum, & Religiosorum tantum. *D. scilicet est, inquit, inter filios ex adulterio saecularium, & filios Clericorum, quod licet utrique priventur hereditate, non tamen prorsus aequaliter sunt inhabiles ad suscipiendum: & ideo si pater adulter saecularis carens legitima prole relinquat bona sua filio spurio: quamvis fiscus possit adjudicare: nihilominus lex illa poenalis est: & ideo quousque filius condemnatur, potest illa bona absque culpa possidere. *Hac Sotus ubi supra partim sibi contrarius, & retractans, quae indubitate ex legibus Hispaniae tradiderat libr. 4. de iustit. quest. 5. ad 4. nimirum filios spurios, etiam saecularium, esse inhabiles per leges: Ad succedendum jure hereditario in bona paterna, &c. non vero extra testamentum. Ergo pater (inquit) extra testamentum bona sua donans, non facit contra rigorem legis, quia lex poenalis tantum ad id obligat, quod sonat. *Hac Sotus, cujus sententiam erroneam esse dicit Rojas in epitome success. p. 6. num. 144. & 145. Sed ego à censura abstinens licet urgeo: ergo licet in his legibus exponendis Sotus audiendus non est, ita neque in aliis, de quibus supra. Id quod leges spuriorum; ejus explicationem excusavit M. Petrus de Ledelma in Addit. ad 3. part. quest. 68. art. 2. conclus. 2. prope finem, his verbis: *Sed licet Sotus sequutus fuerit illam sententiam, non mirum est, quod in re, quae pertinebat ad jus Caesareum, & Regium erraret, non consulens Jurisperitos, & jurisplum: In nostro autem casu (et si vice versa) idem fere illi contigit; nam quem leges non reddunt inhabilem ad acquisitionem domini, sua ille expositione reddere tentavit.

19. Unum verò in hac parte certissimum est, tam judicem, quam advocatum, vel testem iniquum teneri rescire parti laesa damnum illatum, nisi clientem ad illud rescipiendum inducat, & persuadeat. Quod melius fieri non posse, existimat Augustinus

ubi supra, quam si suscepro suo diceret: recipere, qui mihi, cum tibi male adesset, dedisti, & reddere sario tuo, quod me agente, inique abisti.

20. Haec dixisse sufficiat, ad poenam libere optabilem Lefsi fugillantis: & ut lector bavinotetur, quia scientia, quae prudentia, quae eruditione polleat, quae alienas opiniones censurare tentat.

Q V A E S T I O III.

An Iudices, & alii Ministri publici teneantur restituere munera liberaliter à litigantibus donata?

S. I.

Doctorem sententia.

1. **N**egativa sententia invidiam conciliat. M. Joannes Martinez de Prado tom. 2. Theol. Moral. cap. 17. quest. 5. §. 7. ubi P. Molina Cardin. de Lugo, & alii, non levi injuria, impetunt, quod docuerint, leges Castellae inhabiles reddere iudices, & alios Ministros ad munera liberaliter oblati recipienda: non tamen teneri semel accepta restituere. Sed valde miror, virum doctum, eruditumque eos non legisse. Uterque enim expressissime negat, leges Castellae inhabiles reddere iudices accipienda munera; indeque ab obligatione rescipiendi ante condemnationem eximunt, ut ex dictis constabit.

2. Igitur doctissimus Pater Molina loco à M. Prado citato, nempe tom. 1. de iust. tract. 2. diff. 28. supponit primò, ejusmodi donationes, scilicet etiam leges positivas, quae eas prohibeat, tunc fieri, & acceptas peccato, vel propter scandalum, vel propter periculum perversionis iustitiae, vel quia non habuerint voluntatem ex parte dantis, quorum facta sit de transferendum dominium. Interdum tamen (inquit) juri naturae stando, *posse fieri, & accipi sine peccato, ut quando ex amicitia datur aliquid ministro publico, etiam si amicitia habuerit ortum ex eo, quod sit minister publicus: aut quando ex gratitudine, & gaudio re iuste obtentae, aliquid ex mercedibus, nil vitii ex natura rei conspicio. *Hac Molina.

3. Ex quibus fit: jure naturae, seclusa lege positiva, quae ministros reddat inhabiles adquirendi dominii, re ipsa illud adquirere, & consequenter sententiam judicis non teneri, munera liberaliter eis donata restituere: quia collocatio ejusmodi vera donatio, & spectato jure naturae, integritati cujusque dominium rei suae sponte in alterum transiit. Unde fit, ejusmodi donationes validas esse, & translativas domini: si altunde non constet, esse involuntarias. Tales autem communiter reputantur, quae litigantibus fiunt, eo quod litigantes sibi iudices, & officiales non praestituros, quod ex iustitia tenentur, tradit Thomas Sanchez lib. 3. consilia unico, dub. 2. num. 24. fol. 404. cum M. Soto, Sandoval, & Mercado. Ita etiam, & merito docentur communi Thomae, quos citatos sequitur M. Petrus de Ledelma tom. 2. Sum. tract. 8. de iust. commun. cap. 1. conclus. 11. §. Digo lo quarto, Secus vero de donationibus